

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Clericus e
cum fontibus proximo et primis

Clericus

qui de bonis suis
sustentari potest,
si accipit quod pauperum est,
sacrilegium profecto committit,
atque per abusionem talium
iudicium sibi manducat et bibit.

Si eges et accipis, das potius quam accipis;
si autem non eges et accipis, rapis.

Ieronimus in alia epistola.

Idem Hieronymus:

«Clericus,

qui de bonis suis
sustentari potest,
si accipit quod pauperum est,
sacrilegium profecto committit,
atque per abusiones talium,
iudicium sibi manducat et bibit.»

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 102 (PL 207,
col.319C).

Audi Hieronymum: Monache,
si eges, at accipis, das potius quam accipias;
si autem non eges, et accipis, rapis:
porro non indiget monachus,
si habeat quod naturae sufficit,
et hanc sufficientiam Apostolus certa
definitione praescribit.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 102 (PL 207,
col.320B).

Item Ieronimus ad Damasum Papam.
Clericos autem illos conuenit ecclesiae
stipendiis sustentari, quibus parentum
et propinquorum nulla suffragantur.
Qui autem bonis parentum et opibus
sustentari possunt,
si quod pauperum est accipiunt,
sacrilegium profecto committunt,
et per abusionem talium
iudicium sibi manducant et bibunt.

Gratianus, *Decretum*, 2.1.2.6 (*Corpus iuris*
canonici 1, A. Friedberg ed., col.409).

Vnde Ieronimus: “O monache,
si eges et accipis, potius das quam accipis;
si accipis et non eges, rapis”.

Petrus Cantor, *Summa quae dicitur Verbum*
abbreviatum (textus conflatus), 1.17
(CCCM 196. M. Boutry ed., p.140,
ll.22-24).